

REVTLINGENSE.

II

*Præsides, & pastor populi manet, atq; manebit.  
Omnia Matthæo similis vocemq;, fidemq;  
Et crines flauos, & membra decora iuuenta.  
Perge ita Schorndorffi patrem decorare locumq;  
Illustrare tuis virtutibus vndiq;, pulchris:  
Maçte vale Matthæe diu suauissime frater  
Viue diu, nostriq; memor, maneasq;, superstes.  
Quid loquar Entzlinum clara de stirpe nepotem  
Matthæum? veterum nulli virtute secundum  
Ingenio mirum? præstantem rebus agendis  
Dexteritate virum? qui magna volumina iuris  
Wirtembergensi patrio bene tractat in agro  
Et nunc supremus ferè Consiliarius extat,  
Et præsentat Auum, proprijs virtutibus, ipsum  
Entzlinumq;, patrem, magna cum laude decorat  
Integritate virum, Maiorum more Iohannem  
Wirtembergiacæ, qui quondam præfuit aula,  
Et director erat, causas tractauit honestas,  
Inter & Antistes sacros non vltimus olim  
Consilijs, & mente sagax, nec inutilis auctor  
Exitit, & senio multo confectus & euo.  
Sed quis commemoret cunctos de stirpe nepotes  
Aulberi? semper iustus ceu palma virebit:  
Floreat, & vigeat, virtus post fata virescat.  
Sic Reütlinga vetus percunctis urbibus ortum  
Hic Euangelium Sueuo super orbe recepit,  
Sit Saluatori ter maxima gratia Christo,  
Quod sinit obscuris nobis splendescere lucem:  
Abscondens magnis: paruis arcana reuelans.  
Hinc Euangelicæ sumpserunt lumina multa  
Vrbes Imperij, cum Wirtembergide terra,  
Acceptum referant Reütlingæ pectore grato.*

Clarissimus vir  
Matthæus Entz-  
linus Consilia-  
rius supremae cu-  
riae VVirtēber-  
gicae, nepos ex  
filia D. Matthæi  
Aulberi.

M. Ioan. Entzli-  
nus olim dire-  
ctor fuit Consi-  
stori VWirtem-  
bergici.

Lux Euangelii  
in Sueuia Reüt-  
lingæ orta est.

C 3

Agri-